CAPUT IV.

Missio Canadensis ab Anglis proturbata.

SOCIIS illic degentibus venerant auxilio Idibus Maii anni MDCXIII. Pater Quintinus, & Frater Gilbertus Thetus, regio diplomate inſtructi, quo facultas ipſis dabatur novi domicilii commodo loco ædificandi. Gallos reperiunt incumbentes in condendam urbem, & periculi, quod inſtabat, ignaros. Angli paucis ante annis occupaverant Virginiam. Hæc Americæ ſeptentrionalis ad ortum portio maritima, inter Floridam Novamque Franciam ſita, triceſimo ſexto, ſeptimo, & octavo gradibus ſubſternitur. Eò cum tenderent Angli æſtivis